

darup ghegheven und beseghelt mit minen anehenden (!) ingheseghele. Tughe disser vorsproken dingk sint de achtbaren riddere her Gheldeke, her Reyner, her Janes und her Hennig von Stenvorde und dar to vele ander lude. Disse bref is gheven und disse ding sint gheschen na der borth goddes dusent iar dreihundert iar in deme sesundvertheghesten iare in sente Mathias daghe des hilleghen apostolen.

*Original im Staatsarchiv zu Magdeburg s. r. Kloster-Bergische Stiftung 59. Abschrift im Privilegienbuche S. 53 mit der Ueberschrift: Barendorp curia a Vulrado data. in caps. H. VIII.*

### Magdeburg, 1350, April 5.

208.

*Otto, Erzbischof von Magdeburg, incorporirt dem Kloster Berge die Pfarrkirchen zu Wolmirsleben, Osterweddingen, Schwaneberg und Diesdorf.*

Otto dei gratia sancte Magdeburgensis ecclesie archiepiscopus universis Christi fidelibus presentes litteras visuris seu auditoris salutem et pacem in domino nostro Iesu Christo. Debitum officii nostri iugiter nos stimulat non solum subditos nostros et ecclesias nobis subiectas pro viribus defensare verum etiam ecclesias et ecclesiasticas et religiosas lapsas personas. Devotis igitur atque iustis inclinati precibus et supplicationibus religiosorum virorum abbatis prioris et conventus sancti Johannis baptiste extra muros Magdeburgenses ordinis sancti Benedicti, quod nimirum in temporalibus propter malum statum patrie dilapsum est, ecclesias parochiales nostre diocesis scilicet in Wolmersleve, in Osterweddinge, in Svaneberge et in Destorp, quarum ius patronatus ad eosdem pertinere dinoscitur, ipsis et eorum conventui incorporamus pleno iure cum consilio et consensu nostri capituli, statuentes et ordinantes, quod monachi conventuales ipsius monasterii ad presentationem abbatis instituantur habiles et idonei per ordinarium seu archidiaconum earum in ipsis ecclesiis, quoties vacare contigerit, ipsas quovis modo, salvo tamen iure regulari dicti ordinis, quodque dictus abbas monachos institutos revocare possit in suum monasterium ex causis legitimis, prout sibi visum fuerit expedire, quando et quotiens fuerit opportunum, nostris ordinariis et archidiaconorum iuribus et iurisdictionibus, procurationibus, visitationibus et aliis quibuslibet semper salvis, quibus per incorporationem huiusmodi nolumus in aliquo derogare. Ne igitur huiusmodi nostra incorporatio tam rationabilis et pia per nos celebrata propter evidentem necessitatem et utilitatem monasterii et conventus predictarum ecclesiarum parochialium a quoquam impugnari valeat in futurum vel infringi, presentes litteras prefatis abbati et conventui nostro nostrisque capituli sigillis sigillatas tradi mandavimus in testimonium et perpetuum robur firmitatis. Et nos Lodovicus dei gratia prepositus, Arnoldus decanus totumque capitulum ecclesie Magdeburgensis predictae recognoscimus omnia et singula cum consensu nostro